

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8931

Auteur(s) : Guillaume, fils de Thibaut de Moulines [particulier]

Bénéficiaire(s) : Barbery, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1182-1204]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume fils de Thibaut de Moulines donne 8 acres et 3 vergées de terre à Moulines aux moines de Barbery et concède la donation faite par Herbert le forgeron aux mêmes moines. Pour sa donation et sa concession, il reçoit des moines 12 livres d'Anjou afin de libérer cette terre des mains des Juifs.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Archives départementales du Calvados, H 1706 (n° 349).

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Cet acte n'est pas évoqué dans la charte de confirmation du roi Henri II d'Angleterre en 1182-1189. L'usage de la monnaie angevine suggère que cet acte est antérieur à 1204.

Texte d'après A

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus quod ego Guillelmus filius Theobaudi de Molinis, donavi Deo et Beate Marie et monachis Barbereii in perpetuam elemosinam liberam et quietam et ab omni servicio et consuetudine et seculari actione que potest evenire penitus absolutam, VIII. acras et .III. virgatas terre apud Molinas, duas acras scilicet et unam virgatam super doitum de Bechet quas tenebat de me ad feodi firmam Ricardus de Belveer, per .VII. quartarios avene et .II. panes Cenomanenses et .II. gallinas in Natali et in Pascha .XX. ova ; et in Grandicampo .II. acras et in Droeriz .I. acram quas tenebant Robertus et Ricardus filii Hervei per .II. sextarios avene et .III. panes Cenomanenses et .III. gallinas et .XX. ova ; et .III. acras et dimidiad in capite nemoris monachorum, quas tenebant Robertus le Campion et Robertus le Cort per .III. sextarios avene et .I. minam et .III. panes Cenomanenses et .III. gallinas et .XX. ova. Preterea concessi predictis monachis donationem quam fecit eis Herbertus faber scilicet masuram que est inter curiam meam et terram que fuit Radulfi Tihari, et terram que est ex altera parte vie versus molendinum inter grangiam predicti Herberti et quarriaram sicut dividit semita que vadit ad fontem ; et .III. or. campos terre, quorum unus est in Grandi Campo continens unam acram et dimidiad ; et alter dimidiad acre qui est juxta terram Froberti quam tenet de monachis ; et tertius est inter terram Guillelmi Gaufridi et terram Serlonis Hosmundi. Quartus est inter terram Roberti Hervei et campum Martini, que omnia vendidi predicto Heriberto pro .XXVII. solidos Cenomanensium. Sciendum est etiam quod quicumque habebit supradictam masuram quam Heribetus dedit predictis monachis et masuram que fuit Radulfo Tihari libere et quiete totam communionem habebit in nemore meo sicut alii homines mei et nichil facient mihi et heredibus meis de his que pertinent ad forestagium. Pro his autem donationibus et concessionibus meis habui de monachis ad liberandam

ipsam terram de manu Judeorum, XII. libras Andegavensium. Ut autem hec omnia rata et inconcussa in perpetuum
permaneant, presenti carta volui annotari et sigilli munimine roborari.